Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



et

& expuentes in eum. acceperunt arundinem & percutiebant
caput eius. & postqm illuserunt ei. exuerunt eum cla
mide. & induerunt eum uestimentis eis. & duxerunt eum
ut crucifigerent. Exeuntes autem inuenerunt hominem cire
neum nomine simonem. hunc angariauerunt ut tolle
ret crucem eius. & uenerunt in locum qui dicitur golgotha.
qd est caluarie loc. Et dederunt ei uinum bibere cum fel
le mixtum. Et cum gustasset noluit bibere. Postqm autem cru
cifixerunt eum. diuiserunt uestimenta eius. sortem mit
tentes. Et sedentes seruabant eum. & imposuerunt sup
caput eius causam ipsius scriptam. hic est ihs rex iudeorum. Tunc
crucifixi sunt cum eo duo latrones. unus a dexteris & unus a
sinistris. Preteuntes autem blasphemabant eum mouentes
capita sua. & dicentes. Vah qui destruit templum
dei. & in triduo illud reedificat. Saluum te ipsum. Si filius
dei es. descende nunc de cruce. Similiter & principes sac
dotum illudentes cum scribis & senioribus dicebant. Alios
saluos fecit. se ipsum non potest saluum facere. Si rex israel est.
descendat nunc de cruce. & credimus ei. Confidit in deo.
liberet eum nunc si uult. Dixit enim quia filius dei sum. Idipsum
autem & latrones qui crucifixi erant cum eo improperabant ei.
A sexta autem hora tenebre facte sunt super universam terram.
usque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamauit
ihs uoce magna dicens. Heli. heli. lemazabathani. hoc est.
Deus meus deus meus. ut quid dereliquisti me. Quidam autem illic stan
tes. & audientes dicebant. Heliam uocat iste. Et continuo
currens unus ex eis accepta spongia impleuit aceto. & imponens
harundini. dedit ei bibere. Ceteri uero dicebant. Sine. uideamus

204